Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26554
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Nomina tertie declinationis mes desinentia consonantibus penultima crescentes genitiuo breuiantur ut miles militis excepto ceres cereris quod producitur et pecten-tinis abies aries paries et pes cum suis compositis. Cetera mes producunt preter iuuenis et senes et sum es et cum suis compositis. In is omnia breuiantur preter secundas personas singularis numeri indicatiui modi quarte coniugationis actiui uel neutri generis ut audis audis et preter monosillaba de quibus excipiuntur tria is quis bis et preter datiuos et ablatiuos plurales prime et secunde declinationis et sis et uelis cum suis compositis et preter illa que producunt penultima genitiuo cum acuto accentu ut sannis sannis quinis quinis; In os omnia producuntur apud latinos preter os ossis et nomina greca ut melampos melampodis et geniti ut pallados. Omnis dictio monosillaba finita us longa est ut grus sus pus

Nominatiuus et uocatiuus singulares si genitiuus